



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

2. Dies Decemb. Satis est Domine, satis est. Xaverius.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

962. Christiani Militis Decem

stea cum exultatione portes manipulos: esto solitus, & tristis, dum venerit tempus messis. Sicut hoc ipsum gaucis D. Augustinus: (a) *Gemeinatus gaudet in horreo.* Talia sequentur in cælis præ qualia præcesserunt in terris opera. Quilibet suorum operum est filius; quia, nimirum illorum haec est legitimus. Si sis ambitiosus honoris, eris in honore quia opera, quibus aspiras ad honorem, sunt in honore. Ideò honor non est dignus, qui honor quærit, sed quem honor quærit. Verissime ergo Augustinus: (b) *Honore quarere debet, non ipsum.* Manes semper homo, hoc est, æquè viles, etiam in honore excelsior aliis hominibus: *Simia collo aurum gestans, adhuc est simia; et asinus talenta gestans, adhuc more suo rudit;* ut Gregorius Nazianzenus in carmine ad Nicobulum:

Aurum asinus gestans, plus non est corpore præfatus.

2. DIES DECEMB.

Satis est Domine, satis est. Xaverius.

S. Xaverii I.
laus.

Satis est, vox est non adveniens in terris, sed incolæ in cælis. A quo unquam Monarchâ, audita est hæc vox Xaveriana? Quis unquam par Cræso, inter divitias; Alexandro, inter victorias; Augusto, inter honores; Pompeio, inter triumphos; Cæsari, inter dignitates; Hannibali, inter trophæas? quis denique fuit tam fortunatus pullus fortuna, ut pronuntiaverit illas binas voculas, Satis est? Sed licet Xaverio satis fuerit gaudiorum; nunquam tamen satis laborum. Quis unquam aut obeundit

(a) *Sorm. 254. de comp.* (b) *Hom. 13. § 10.*

Decemb.

Tessera.

963

gotii, aut consequendi quæstus, aut comparandæ gloriæ cupiditate, tam brevi tot loca adire potuit, quam celeriter Xaverius, alienæ salutis ardore lena-vigavit? In primis lustravit Europam; & in eâ Galliam, Italiam, Germaniam, Hispaniam, Lusitaniam Provincias (civitates enim percurrere, immensum foret) peraggravit. Inde se contulit fulminis more in Africam; ex eâ in Indias, ac tandem infinitatem Asiae, ad Sinas profectus, passibus suis fuit emensus; ulterius progressurus, nisi aut ipsum vita, aut orbis defecisset. Certè illius beneficentia, (ut S. Hieronymi verbis utar) totus erat angustus orbis. Unde tantafuit Barbaris de Xaverii virtutibus æstimatio; ut quia ejus vita erat irreprehensibilis, tota una, tota sui, tota omnium, cum injuria Divinitatis fuerit habita Divina. Imò Japonii Bonci coegerant comitia, (a) ut Xaverium consecrarent Deum, Arâ, sacrificisque colendum; miseruntque ad illum nuntios, per quos Divinos illi deferrent honores. Respondit ipse: Indignum, qui sim creatura, & vultis Creatorem esse? Non potuit tamen obstat, quin procumbentes ingenua, pedes ejus adorarent osculis.

II. Gloria est Christianæ Religionis, tales edufasse viros, per quos ipsa religio posset ita periclitari. Sic quosdam consecrat Virtus, usque ad simulationem sinceram Deitatis. Vigor animi, majestas vultus, suada sermonis, beneficentia manus, quasi Divinitatem aliquam objecit Barbaris Xaverium. Quæres nunc, ex quo fonte scaturit ilia tanta Xaverii, quantam nemo satis potest admirari, Virtus; & quæ illius comes, gloria? singula cum otio percurrenti, non occurret aliud quam, cùm jam Parisiis incumberet
(a) Nuremberg. de arte vol. 5. c. 15. P pp 2 stu-

964 *Christiani Militis* Decemb.
studiis,, ac in bivio quasi viæ , deliberaret de ineundo
cursu viæ , magna animi excelsitate , totum se Deo
quocunque demum vocaret , promptum se eidem
offerret. Quasi illud Isaiæ , Deo reponeret : (a) *Ego*
mitte me, ac si diceret : fortasse sollicitus quas
quæm ad ultima terrarum mittas , qui tuum hominem
longè, lateque propaget , & dices : (b) *Hominem* ^{ad}
habeo. Ecce ego : homo promptus , pro tenet nihil metu-
re ; propter te , nihil non audere. Nullus est servus , se-
viant licet durissimam servitutem , qui tam impensus
desiderat è servitute manumitti , ad libertatem in-
nuduci ; quam ego à te , ubi , ubi denique mitti. Non
ego is sum , qui quasi unum mihi natus , velim illum è
cœlo haustum spiritum conscribi angustis annis
domicilii parietibus , aut urbis mœnibus , aut Pro-
vinciæ finibus , aut Regionis limitibus. Totus indu-
sus , erit meæ pro te industriae campus : Teamana
Patria est , non modò omne solum , sed omne salutem.
Quin etiam quod ero remotior ab illâ , quæ in terra
est Patria ; eo ero vicinior illi , qui in cœlis est Patria.

III. Quid dubitas ? *Ecce ego* futurus te auspicio ,
& propagator nominis , & propugnator Numinis. Si
occurrant montes , concendam ; si alpes , transcen-
dam ; si Maria , illa velis , remisque non fugiam , sed
trajiciam. Etiam in barbaro Oceani elemento , ubi
que reperiā portum , quia ubiq; circumfero Deum .
Si licet transmarinus , sim transalpinus , Tibi ubiq;
sum proximus , & tu mihi intimus. Si objiciant de-
cervi nivium , illos calcabo. Ardeo pro te algere. Tam
me tui amore accendent conculcatæ pedibus nives ,
quam ad innotæ pectori faces. Fortasse dices , metu-
endum solitudine ? Nunquid & ibi est Iesus ? Ergo ,

(a) *c.6.3.* (b) *Joan.5.*

Decemb.

Tessera.

965

& salus. Tametsi duo, sufficimus. Si delectent turbæ, nos duo turba sumus, sed sine turbine. Iterum ergo : Ecce ego. Habes, qui te sequatur; habes, & qui in omnibus obsequatur. Ecce ego; cui pati pro te mala omnia, non tantum est votum, sed summa votorum. Mue me vel ad mundi extremum; etiam illic libenter emittam extremum spiritum? Mitte me, & è vestigio, cuiuscunque rei mein circulo meo retardasti, nuntium remittam. Mitte me, ubi sol torret; frigus urit, Aquilo sævit. Quid timeam, ubi meo non tantum ades lateri, sed ines pectori? Mitte me, ut intelligat posteritas, quid Deus potuerit Xaverio milite : quid Xaverius Deo Duce. Exauditus fuit Xaxerius pro sua in Deum fiducia, & paucis annis Regna sexaginta sex per sola in Japoniam explicata, fuerunt Xaverianæ virtutis palæstra, certaminis arena. Cæsar auspiciis undecies centena millia militum cæsa dicuntur : Xaverii unius manu suprà duodecies centena millia, à primordialis criminis morte ad vitam sunt revocati. Ut videoas quanto major Cæsare Xaverius; quid pluribus, ut viverent, concessit, quam Cæsar, ut morearentur, coagit. Sed latis est de Herœ, de quo nunquam satis.

Xaveriana satis vox, solum est nota beatis.

3. DIES DECEMB.

Vix germinat granum Virtutis, sine palea vanitatis.

Gerson. collat. pro licent.

Gloria I. In hoc mundo, velut in inculto agro
Dei in omnibus parum es tritici, multum zizanii. Si
quærenda. crescat granum Virtutis; miscetur &
palea vanitatis. Denique in hoc sa-

Ppp 3 culo